



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Canones Directivi Confraternitatis Sacerdotum Bonae Voluntatis, Sub Invocatione Domini Nostri Jesu Christi in Cruce morientis

Dirckinck, Johann

Coloniae, Anno 1709

VD18 12518239

Expositiones Canonum Confraternitatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51869](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51869)

his Apostolicæ firmitatis robur adieimus, nec non eadem autoritate, ut prædictæ Confirmationis Sacerdotes juxta tenorem literarum Apostolicarum Indulgentiis in perpetuum gaudere possint, concedimus & indulgemus. *In quorum fidem presentes manu nostrâ subscriptas, sigillo Celsissimi & Reverendissimi Principis & Episcopi Paderbornensis communiri fecimus, in Aula & Residentia ejusdem Neuhusana 17. Maij 1688.*

(L.S.) JODOCUS FRIHOFF,
Vicar. Gen. Paderb.

EXPOSITIONES
CANONUM
CONFRATERNITATIS.

Duplex Fraternitati nostræ Anno 1661. inchoatæ & Anno 1688. auctoritate Pontificiâ confirmatæ præstitutus est finis. Primus est, Missæ Sacrificiis Confratribus defunctis salutem, vivis gratiam impetrare: quo quid utilius, quid præstantius & efficacius esse potest? si

enim Redemptor noster infallibiliter impetrandum promiserit, quidquid duo vel tres in oratione consentientes petierint; quid non impetrabunt, non tres, sed trecenti & plures, quos numeramus, Sacerdotes, non tantum orantes, sed & valoris infiniti Sacrificium menstrue pro vivis, hebdomadarie pro defunctis Altissimo offerentes? Finis alter est, nos mutuò ad perfectionem Christianam & cum primis Ecclesiasticam extimulare; atque ut loquitur Sanctissimus Pontifex Innocentius XI in Bulla Confirmationis, *Quasi unius corporis membra sese invicem adjuvare, & datâ occasione, literis aut verbis ad Fraternalitatis Statuta, seu Canones observandos invitare.* Huic piæ Sanctitatis summenti ut obsecundemus, visum est, literis hisce paræneticis, Fraternalitati nostræ Canones declarandos suscipere, quò ad accuratorem eorum observantiam excitemur.

* * *
* *

CANON